Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

uult intelligi corporis et membrorum suorum quod est ecclesia. in predestinatis et uocatis et iustificatis et glorificatis sanctis et fidelibus eius. Huius rei sacramentum. id est unitatis corporis et sanguinis Christi: alicubi cotidie. alicubi certis interuallis dierum. id est in dominica mensa preparatur. et de dominica mensa sumitur. quibusdam ad uitam. quibusdam ad exitium. Res uero ipsa cuius sacramentum est omni homini ad uitam. nulli ad exitium quicumque eius particeps fuerit. Ne autem putarent sic in isto cibo et potu promitti uitam etiam, ut qui eam sumerent, iam non corpore morerentur: huic cogitationi occurrens subiungit dicens. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ut scilicet habeat interim uitam etiam secundum spiritum. in requie que sanctorum spiritus suscipit. Quod autem ad corpus attinet: nec corpus sine uita etiam fraudetur. sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die. Beda.

Caro enim mea uere est cibus. et sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem

Dixerat superius. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet uitam etiam. ut ostenderet quanta distantia sit inter corporalem cibum et potum. et spiritualem misterium corporis et sanguinis sui. adiecit. Caro enim mea uere est cibus. et sanguis meus uere est potus. Crisostomus. Hoc autem dicit. aut ut credant his que dicta sunt. ut non estiment enigma et parabolam esse. sed sciant quoniam omnino oportet manducare corpus Christi. aut uult dicere quod uerus cibus ...

in me manet et ego in illo. Sicut misit me uiuens pater. et ego uiuo propter patrem. Et qui manducat me. et ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres uestri manna et mortui sunt. Qui

est hic qui animam saluat. Aug. uel aliter. Cum cibo et potu id appetant homines ut non esuriant neque sitiant. hoc ueraciter non prestat nisi iste cibus et potus. Qui eos a quibus sumitur. immortales et incorruptibiles facit. id est societas ipsa sanctorum ubi pax erit et unitas plena atque perfecta. Propterea dominus noster corpus et sanguinem suum in eis rebus commendauit. que ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud scilicet panis ex multis granis in unum constat. aliud scilicet uinum in unum ex multis acinis confluit. Deinde iam exponit quid sit manducare corpus eius et sanguinem bibere dicens. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam et illum bibere potum. in Christo manere et Christum in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo et in quo non manet Christus: procul dubio nec manducat eius carnem. nec bibit eius sanguinem. sed tanti rei sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit.